

12937.

33.

463

4

AUXILIO
D. O. M. 1613
Disputationem hanc
DE
**CRIMINE LÆ-
SÆ MAIESTATIS.**

PRÆSIDE

Dn. VVOLFGANGO HIRSCHBA-
CHIO J. U. D. ET IN CELEBER-
rima Academia VVitteber-
gensii Codicis P. P.

*In auditorio Ictorum publicè
proponit*

JOANNES JUSTINUS MENIUS
JENENSIS

ad diem 27. Novembris.

*Prædantissimum atq. Politi-
cæ. & Geographiam Reutermi
Caræ. Gallorem vñm sono
ad illarum oppositionem e-
mittat. p.*



VVITEBERGÆ

Hæredes Laurentij Seuberlichij excudebant,

ANNO M. DC. XIII.

VIRIS

*Magnificis, Amplissimis, Clarissimis
& Consultissimis*

VIRGILIO PINGIZERO
Ordinario

ORTOLPHO FOMANNO

Dno.

Seniori

DOMINICO ARUMÆO

JOANNI SVEVIO

PETRO THEODORICO

J. U. Doctoribus, Professoribus Publicis in
Inclita Academia Jenensi, Dicasterij, ac Judicij
provincialis ibidem assessoribus dignissimis,
mæcenatibus suis magnis, & Præcepto-
ribus multis nominibus hono-
randis,

hoc exercitium legale

In grata mentis signum & per-
petua observantiae testimonium

inscribit offert & dedicas

Ioannes Iustinius Menius.

DE CRIMINE LÆSÆ MAIESTATIS.

Thes. I.

A jestas aut. est Divina aut humana
aut l. Gaz. aros C. de heret. & Manich. l. non distinguemus
32. S. sacerdotio 4. ff. de recept. arbitr. c. vergentis extr. de
heret. Bald. conf. 9. in pr. vol. 1. Damboud. pract. crim. c.
60. per tot. Gomez. lib. 3. var. resol. c. 2. & 1. avus meus
maternus Ioannes Schneidv. ad §. publica autem 3. n. 2.
Instit. de public. iudic.

2. Quamvis autem illius offensio plerumq; occulte fiat c. ut no-
strum §. porro, ut Ecclesiast. benef. sine diminut. confer. c. sicut de Simon. Ioan.
Berberius in viator. jur. Civil. par. 1. rubr. 1. n. 3. Damboud. d. c. 60.
n. 7.

3. Occultorum autem & secretorum solus Deus & cognitor &
judex sit, neque horum cognitio ad forum humanum pertinet,
& erubescant in s. dist. 32. juncta ibi gl. notab. in verbo secretorum. Berber. &
Damboud. dictis locis.

4. Manifestam tamen blasphemiam ultimo coerceri suppli-
cio requirit jus Divinum, confirmat humanum, dictat ra-
tio. Harclius agere et criminare lego. Alij. Crimina in continenti. in Pascem.

5. Ius Divinum Levit. 24. ubi dicitur, homo qui blasphemave-
rit nomen Domini morte moriatur, & eductum extra castra o-
mnis multitudo populi lapidibus obruet, & ita factum esse in
in quodam blasphemo ibidem narrat Moyses.

6. Ius humanum: Nov. 77. c. 1. §. 1. ibi, qui ipsum Deum blasphe- ob. c. cuiusdam 23.
mant digni sunt supplicia sustinere & §. 2. ibi & ultimis subdere j. r. d. m. l. i. n. m. o. n. y.
supplicijs. Argutos illos, qui dd. vericulos. Nov. 77. tantum de
Sodomia accipiunt satis refutat Damboud. d. c. 60. n. 15. & 16.

7. Ratio: Qui enim temporalem ledit & offendit maiestatem,
ejus pena est animæ amissio, & memoria rei etiam post mortem
damnatur. §. publica. Instit. de public. iudic. Ergo multò magis ejus, qui
offendit Divinam. Quia quo gravius est delictum, eo gravius er-
Harclius non procedit, sed excommunicat. Ac. 2. protoc. 13. circa f. jam
24. q. 3. e. c. 2. 2. c. 1. w.

- am punitur, quoniam pena delicto debet esse conformis l. rephi-
ciendum ff. de pen. Iam longe gravius est aeternam quam tempora-
lem offendere majestatem, auth. Gazaros C. de heret. & Manich. 8. Merito itaq; Daniel Moller. par. 4. Conf. Elec. conf. 1. n. 6. conqua-
ritur de lenitate Gregorij Papae, qui nullum aliud supplicium in
blasphemantes constituit, quam ut per paucos dies publicè in pa-
ne & aqua penitentiam agerent ante fores templorum, secun-
dum formam c. 2. ext. de maled. neq; hoc facit Moller. sine ratio-
ne. Cum enim Papa se DEI vicarium in terris & legis ejus custo-
dem profiteatur, praetaliis omnium acerimè contra Deum blas-
phemantes punire, nec à lege domini, quæ morte illos multari
jubet, recedere oportebat. 9. Majestas humana olim quidem laesa dicebatur, quando
aliquid contra populum Rom. ejusve securitatem committeba-
tur l. 1. §. 1. 2. 3. 4. 6. 10. 11. ff. b. t.
10. Verum cum populus Romanus omnem suam potestatem
& Imperium in Imperatorem transtulerit l. 1. ff. d. Conf. princip. l. 1.
§. sed in hoc studium. vers. Cum enim lege antiqua C. de vet. jur. encl. l. 2. §.
novissime in f. ff. de O. l. §. sed & quod. 6. Inst. de I. N. G. & C. l. un. in pr. ibi.
regimentis Reipub. ad Imperatorem perpetuo translatis ff. de of-
fic. pref. pretor.
11. Ideo hodie hoc crimen proprietatum committitur adver-
sus Imperatorem, ejusve securitatem Harp. ad §. publica autem 3. n. 9.
Inst. de publ. jud. Fath. 9. contr. 32. VVes. par. b. n. 3. & 4. Vult. lib. 1. Iu-
rispr. c. 47. Gomez. 3. variar. resol. c. 2. n. 10. Paul. 5. sent. 29.
12. Quid de liberis civitatibus statuendum docent Gomez. d. n.
10. Clar. l. b. 5. sent. §. laesa majestatis crimen. n. 3. Damhoud. tract. crim. c. 62.
n. 1. Roland. Vall. conf. 88 n. 2. vol. 2. Treutl. vol. 2. disp. 32. tb. 1. lit. b.
13. Nec tamen à quovis, sed à solo civi Rom. Clem. pastoralis §. rut-
sus ubi gl. & Canon. se. de sent. & rej. jud. Ratio est. Quia subditus na-
turali jure tenetur ad obedientiam principi suo, non sic non sub-
ditus, qui eam majestatem revereri non tenetur, cui subditus non
est Ball. in l. 1. C de fals. mon. Boër. tract. de sedit. §. presuppono etiam n. 2.
Clar. l. b. 5. sent. §. laesa majestatis crimen. n. 6 & 7. Hieronym. Gigas tract. de
crimine laesa majest. lib. 1. rubr. qualiter & à quib. crim. laesa majest. commis-
que. ff. 68.
14. Cujus appellatione continetur quoq; Provincia civitas, pagus,
li ali-

si aliquid contra Imperatorem vel Imperij Romani prosperitatē
machinentur l. quisquis §. in pr. C. b. t. Confit. Henrici VII. Imperatoris ad
reprimendum §. ad hos si qua communitas corpus in Extravagant. Decian. tract.
crim. lib. 7. c. 8. n. 8. & se 1q. Gigas d. tract. rubr. de Rebellib. quæst.
12.

15. De Clerico, cum is à Iurisdictione seculari sit exemptus dubi-
tatur, sed quoniam & hic est de districtu & provincia sui princi-
pis, affirmativè respondet Tiber. Dec. d. tract. crim lib. 7. c. 8. n. 6. Gigas d.
tract. rubr. qualiter & à quibus crim. lāsæ majest. comm. quæst. 63. Immi-
scendo enim le enormitibus privilegium amittit Ipso namque
facto se privat talia faciendo gl. c. perpendimus lit. d. de sentent. excom.
16. De populo confederato hoc negandū. Quia confederatio sub-
jectionem non induit c. ex parte abbatis Extr. de privileg. l. non dubito
7. in pr. & §. 1. in pr. ff. de captiv. & postlim. revers.

17. Ut & de Rege, Principe, Comite, Barone vasallo Imperato-
ris, Romano tamen Imperio haud subiecto, ut communiter tenét,
Dd. afferente Boss. de crim lāsæ majest. n. 106. & est proprius casus in
clam. pastoralis §. denig. juncto §. surius de sentent. & re judic. ubi Pontifex
negat Robertū potuisse in Imperatorem crimen majestatis com-
mittere, quia eo modo ipsi non subfuit, quippe domicilium su-
um non Imperio habens, nec originem inde trahens. Ac licet ali-
quo particulari jure, pura feudi vel delicti, quis efficiatur de foro
alicujus principis, si tamen ratione originis vel domicilij ei non
sit subditus non dicunt committere contra eum crimen lāsæ
majestatis, Iul. Clar. d. lāsæ majestatis, n. 6. ubi addit se vidisse plures
ita judicari, refertq; exempla, Gigas d. rubr. qual. ter & à quib. quæst. 68.
n. 2 Decian d lib. 2. c. 8. n. 7.

18. Quid autem si Imperator Romanus adversus Pontificem in-
furgat? Affirmativam acriter defendant Gigas. d. rubr. quæst. 2. Decian.
d. c. 8. n. 1. Quia vero saltem nituntur testimonij Papæ in re & cau-
sa propria, merito hanc rejicimus opinionem, nec ullum ius, ul-
lumve Imperium Papæ in Imperatorem concedimus. Elegans
hujus rei exemplum refert Franc. Hittom, cap. 9 disput. feudal. ubi
quidem Bonifacius Octavus ad Philippum Regem Francorum
mittebat, significans se non modo spiritualem, verum etiam tem-
poralem omnium regnum ac ditionum dominum esse, sibique
ipsum quoq; Regem, etiam in temporalibus, subesse, hunc tamen

turbulentum Papæ Romanæ spiritum Philippus tolerare non potuit, quippe qui legatos non tantum toti plebi ludibrio exposuit, sed & infamia affectos, Romam remitti jussit, & ignominiose Papæ rescripsit, ut pluribus d. loco refert Hottom.

19. Majestatis crimen pro sui atrocitate modo perduellio appellatur, modo generis nomen retinet & majestatis crimen dicitur l. ult. ff b t.l. 31. § ult ff. de donat.

20. Sæpenumero tamen perduellionis crimen generis nomine designatur, & simpliciter majestatis crimen dicitur.

21. Perduellionis crimen ita propriè dictum est, cum quis hostili animo adversus ipsum in directo Imperatorem quid moliatur.

22. Eius pœnam incurrit qui vel personam Imperatoris offendere, vel ipsum de provincia sua aut eius parte quadam hostiliter perturbare laborat l. de minore §. 1. ibi, de majestati criminis, quod ad personam principum attinet ff. de quest. l. quisquis s. in pr. C. h. t.

23. Item qui vitæ Electoris Ecclesiastici & secularis, quocunq; modo, insidiatur, per auream Bullam Carol. IV. tit. Bon der Erbli. Chesse segun in gezenwerigkheit eines Keyser / ubi omnis poena, quæ ex perduellionis crimen ita propriè convertitur in reum, statuitur quoq; in eum, qui de nece principis Electoris cogitat.

24. Principis securitate etiam continentur Consiliarij l. quisquis s. in pr. C. h. t. in quorum necem, qui aliquid molitur, non quidem perduellionis crimen propriè committit, sed quasi perduellionis, quod medium est crimen inter perduellionis crimen ita propriè dictum, & crimen majestatis, proprius tamen ad illud, quam ad hoc accedit.

25. Neq; necesse est hos semper in aula Cæsarea commorari, ut opinantur Cyn. & Salicet in d. l. quisquis C. h. t. Clar. lib. 5. sent. 8. læse majestatis n. 5: in f. Quia constitutio d. l. quisquis nihil aliud requirit, quam ut Consiliarius ille consistorio Imperatoris interficit, non quod semper lateri ejus adhaerere debeat, modo cum opus fuerit consistorio Imperatoris interficit. Quod ergo lex simpliciter in aliqua causa non requirit, id necessario desiderari dicendum non est l. s. in pr. ff. de probat. Nov. 18. c. 5. in pr. facit huc quoq; c. de cetero. c. ad audiendam in fin. extr. de cleric. non resid. in Eccles. Menoch. consil. 99. #. 79. & seqq. lib. 1.

26. Cir-

26. Circa consiliarios distinguunt Cravest, consil. 6. n. 79. tom. 1.
Roland, à Vall, cons. 1. num. 32. vol. 3. VVeserb. cons. 57. n. 6. Martin, Laudens.
tral, de crim. leſ. maſteſtat, quæſt. 21. quo odio, an privatō, an vero Imperatoris occidantur, hoc ſex equitate statuant, iſpis non erimus difficultes, de rigore vero juris an diſtinctio illa ſubſtitat, non im-
mērito dubitatur. 1. Quia d. l. quisquis. 5. in pr. C. b. t. & c. ſi quis 6.
q. 1. ſimpliciter loquutur de eo, qui neſariè de nece consiliariorum cogitat, unde conjectura ſumī potest, quaſi nec ſententia Imperatoris fit, ut iſidiæ illaſ fiant odio in iſum Cæſarem iuſcepto
arg. 1. de prelio 8. ſſ. de public. in rem aſt. 2. Quia in l. 1. ſ. 1. vers. ejusve ope-
ra confiſſ. b. t. Vlpian, ſimpliciter ſcribit, maſteſtatis crimen contrahere hunc quoq; qui curat, ut aliquis magiſtratus populi Romanii occidatur, omiſſa diſtinzione, an odio fiat iſius ma-
giſtratus vel totius populi Romani. 3. Propter l. 1. ſ. quod autem
prætor, 3. ſſ. de aſt. 4. arg l. 1. ſ. usq. adeo 5. & l. ſi quis ſervum 26. ſſ.
de injur. 5. accedit autoritas Bald. & Innocent. in c. 1. de offiſ. deleg.
qui dicunt, privatam inimicitiam non excufare aliquem à crimi-
ne laſſa maſteſtatis. Hancq; ſententiam, tanquam veritati magis consonam tenet Clar. d. ſ. leſ. maſteſt. n. 5. Tiber. Decian, d. lib. 2. c. 4. n. 3.
& 4. Damboud. præt. crim. c. 62. n. 7. & ita in faſti contingentia con-
ſuluisse Rubeum consil. 145. refert d. loco Clar.

27. Quamvis affectus ſine effectu aliàs tam graviter non puni-
tur, in hoc tamen crimine propter ſceleris atrocitatem ſola af-
ficio arbitraria poena punitur l. quisquis. 5. in pr. vers. eadem enim ſeveritate
C. b. t. aurea Bulla Carol. IV. tit. Von der Eiſbſchoffe ſegen / Peinliche
Halsgerich's Ordnung / Carol. IV. cap. 128. ſ. Soſch jemāndt. & ſi quis cum
militibus. 6. q. 1. Sic Cir. pro Milon, poſquam demonſtrarat Clodij fer-
vum cum ſica fuiffe ad occidendum Pompejum, in quo tum ſalus
Reipub. recumbebat, ſubdit; Nisi quia res perfecta non eſt, ideo
punienda non fuit, quaſi exitus rerum, non hominum consilia
vindicentur: Minus dolendum fuit re non perfecta, ſed tamen
puniendum certe nihilominus: In ſola tamen cogitatione vel
voluntate tam dirum rigorem exercendum nolunt iuriſconsulti,
ſed in conatu h. e. in voluntate, qua jam in actum deduci cepta,
ſceleris non dubium vel incertum, ſed manifestum iudicium fa-
cit Clar. d. ſ. leſe maſteſtatis n. 15. Menoch. de arbitri. judic. cas. 360. n. 24.
Damboud. præt. crim. d. c. 62. n. 10. Decian, d. lib. 7. c. 35. Har-
precht. ad ſ. publica autem. 3. n. 37. Inſtit. de publ. Iudic. Ideoque Virgil
quas

quos 6. Eneid. apud inferos torqueri meminit, non solum ausos
fuisse, sed & perpetrasse scelera scribit:

- Ausi inquit, immane nefas ausoq; potiti, <sup>etiam corporalem hanc communem
placeat ut genimo tenet et regule</sup>
28. Similiter huic criminis obnoxius censeretur ille qui scit con-
jurationem aliquam contra Imperatorem eiusve statum, nec eam
revelat 15. §. 6 junctal. 3. C. b. t. Nov. 117. c. 8. vers. si contra Imperium
cogitantibus l'utrum 6 ff. ad L. Pompei. de parricid. l. culpa caret 50. ff. de
R. I. c. quanta 47. extit. de sent. excom. c. dilecto filio 6. vers. & quidem cum
liceat ciuilisbet de sent. excom. in 6. Martin. Laudens. tr. de crim. les. majest. ^{etiam corporalem hanc communem}
quest. 13. Gomez var. resol. tom. 3. c. 2. n. 8. Bart. ad l. utrum 6. n. 3. ff ad L.
Pompej. de parricid. Dyn. ad c. non est sine culpa. u. 4. de R. I. in 6. Vivius lib.
2. opinno. 245. ubi ait hanc esse communem. ob. 1. 20 (3) de pen. q. 2. v. 1. ^{etiam corporalem hanc communem}
29. Sacerdos vero, cui ex confessione de hoc crimine conitat,
sigillum confessionis aperire, illudque quod ex confidente audi-
vit revelare nec potest nec debet Dn. Luther. in colloq. suis German. c.
I 4. Vonder Beicht vnd absolution quest. Ob ein Diener des
Worts: ibi. Es ist mir nichts gebeichtet/ sondern dem HErrn
Christo/ vnd weil es Christus heimlich helt/ so sol ichs auch
heimlich halten/ vnd strack's sagen/ Ich habe nichts gehö-
ret/ hat Christus was gehéret so sage ers. Rationem hanc
redit Heronym. Gegas d. tract d. crim. les. majest. rubr. qui accusar. poss.
crim. les. majest. quest. 18. Quia in Sacramentis, id, quod exter-
ius geritur, signum est ejus, quod geritur interius, ideo, sicut
Deus homini confitenti tegit peccatum interius, ita & sacerdos
exterius celare debet, addit. Sacerdos 2. de penitent. dist. 6. Praeterea
nonne secretum fuit? ergo celare debuit c. de forma 22. q. 5. sub ex-
communicationis quoque pena, ne confessionem sibi fastam
propalent. Sacerdotibus mandatur c. omnis utriusq; sexus, vers. caveane
& ibi gl. in verbo deponendum de penit. & remiss. Gail. lib. 1. obs. 110. n. 8.
Menoch 2. arbit. judic. cent. 5. cas. 414. Imo d. loco concludit Gail.
etiam si iudex deferret juramentum Sacerdori de veritate dicen-
da, tali casu sacerdotem licet jurare se nihil scire. Quia quod
scit, non scit ut homo, sed ut Deus c. dilectus ibid. Panormitan. extit. de
Excess. prelat. Luther. alleg. loco. in verb. Ist sie absolvirt/ da weis Ich
D. Martinus nichts vmb/ sondern Christus weis es/ mit wel-
chem sie geredt/ denn ich höre nicht Beichte/ absolvire auch
nicht/ sondern Christus.

30. Hacten

30. Hactenus de perduellionis & quasi perduellionis criminis,
nunc de crimine majestatis Speciali.

31. Est autem crimen majestatis speciale, cum quis civis Romanus alio quam perduellionis vel quasi perduellionis animo in Imperatorem quid dolose machineret. *l. ult. ff. b. t.*

32. Hujus generis sunt, qui absq; Imperatoris iussu bellum gerunt, delectum habent exercitum comparant *l. l. 3. ff. b. t. l. unic. C.* ut armor. usus in scio princip interdit, sit. c. quid culpatur *4. 23. 9. 1. l. neminem* *1. 2. C. de re milit.* 2 Quia gravissime in eo laeditur majestas, quando jus vindicandi aut puniendi, quod ipsi debetur, privatus sibi assumit, & quasi superiorum non habeat, cui injuriam suam expone posse, propria autoritate ad uincendum festinat. 3 Ni*si* enim ad unum referatur nunquam quiescat Respubl. à turbis & bellis civilibus; quia nunquam deerit vel seditione civitas, vel impatiens princeps, qui ex cogitatione verisimili quadam causâ belli, lacefere vicinum suum non audeat, sicq; tanto malo via aperiatur, quod in totius Reipubl. perniciem sèpè redundat, quod à Faibij Ambusti tribus filijs factum est, qui ad Gallos missi legati, iu*sta* arma capientes, toti Reipubl. funestum bellum pararunt. *Hoc argumento ex Græcis, quicunq; illi sint, dehortari conantur Aetolos, ne bellum Philippo inferant, apud Polyb. lib. 11.* In praesenti quidem, ajunt, & vestrum & Macedonum exitium coniungimus, in futuro vero & de vestra, & aliorum Græcorum patria solliciti sumus. Quemadmodum enim, si quis sylvam semel accenderit, non amplius ad ipsius arbitrium ferrur incendium, sed depascitur, quicquid apprehenderit, ventisq; regitur, Ad eum modum & bellum semel à nonnullis excitatum, injuste, singula, quæ incident, perdit, veluti à ventis inflatum.

33. Qui statuas Imperatoris conflant qui statuas *6. ff. b. t.* lapidibus aut alio modo offendunt, non tamen si fortuito lapide jactato eas attingant *l. 5. S. 1. ff. S. b. t.*

34. Insuper & hoc speciale majestatis crimen contrahunt, qui monerentur *l. 2. C. d. fals. manet, lib. 2. F. 1. 56. Decian. d. lib. 7. tract.* crim. *c. 23. n. 3. Treut. vol. 2. diff. 32. lib. 1. lit. e. aut probam adulterant d. l. 2. C. d. fals. mon.* Peinliche Zalegerichts Ordnung / Car. V. art. III. (Vbi simul traditur quo & modis adulteretur moneta) Moneta namq; debet integritas quarti, ubi & vultus noster in primitur,

ait Theodoricus apud Cassiodor. lib. 7. var; Quidnam erit tutum si in nostra peccetur effigie & sit mundum quod ad formam nostræ serenitatis addiscitur: Claritas regia nihil admittit infectum. Nam si vultus cuiuslibet sincero colore depingitur, multo justius metallorum puritate principalis gratia custoditur. Hieronym. Giges. d. tract. rubr. qualiter & a quib. quest. 62. Decian d. c. 23. Damboud in præf. crim. cap. 65. n. 1. Salicet, in l. penult. C. d. fals. mon. Hisce & similibus modis. De quibus in l. 1. 2. 3. ff. b. t. l. t. C. de privat. career. l. 2. ubi gl. C. de his qui ad Eccles. confug. l. 2. bique gl. ff. de colleg. & corpor. crimen hoc committitur.

35. Quibus nonnulli addunt maledictum, nonnulli detrahunt, quod posterius nobis quoque placet. Titus Imperator sic dicere solitus est: Nemo me injuria aut contrumelia afficeret potest, propterea, quod nihil ago, quod reprehendi mereatur, ea vero quæ falso de me dicuntur prorsus negligo, cujus imitatione Imperatores in l. unic. C. si quis Imper. maled. recte rescriperunt, maledicto crimen hoc neutquam committi. Cujac. ad lib. 5. tit. 29. sentent. Paul. Gas. d. tract. & rubr. quest. 40. Tber Devian. d. lib. 7. cap. 50.

36. Cum crimen majestatis deuudari publicè intersit, accusare illud possunt, qui alias ad accusandum non admittuntur, veluti famosi milites, servi, mulieres. l. famos. 7. §. 1. & 2. ff. b. t. l. in questionibus 8. ff. eod. l. meminisse C. b. t. b. vix certis. de judic. l. pen. C. quis accusar. non poss.

37. Ac licet milites l. milites 8. C. de quest. l. 4. C. b. t. l. 3. §. 1. ff. de remilit. Cl. r. lib. 5. sent. quest. 64. n. 18.

38. Nobiles, Senatores l. Decuriones i. 6. C. de quest. l. omnes 33. C. ds Decur. l. severant. 10. C. de dignit. l. nullus. 4. vers. militia rel generis. C. b. t. Clar. d. loco. n. 2.

39. Et Doctores, qui ijsdem privilegijs, quibus milites, gaudent, ut est communis Od. opinio in l. milites de question. l. nullus 4. C. b. t. l. Medicos. 6. vers. exhiberi vel injuriam pati, ibid. gl. C. d. profess. & medic. à tortura specialiter legibus excepti reperiantur Iacob. de Belviso lib. 3. præf. crim. c. 4.

40. In læse majestatis tamen criminis, utpote atrocissimo, privilegia eorum ceſſare, illoſq; tormentis ſubjici poſte conſtitutum est. si quis 3. l. nullus. 4. C. b. t. l. 10. §. 1. ff. de question. l. proditores 7. ff. de remilit. Hippolyt in præf. crim. §. expedita n. 27. & seqq.

41. Poena hujus criminis est capitale supplicium l. 5. C. b. t. §. 3. in l. de public. judic.

42. Quod

42. Quod pro circumstantijs & varietate legum, Edictorum, variè imponitur. De iure Saxonicō rei huīus criminis rora percutiēbantur Landrechti, lib. 2. art. 13. quae tamen pena non utendo abrogata est, & in ejus locum sectio in partes, eminentioribus locis suspendendas, in Germania successit Peinliche Hafgerichts Ordnung/ Car. V. art. 134.

43. Omnia insuper rei bona fisco applicantur 1. ult. ff. h t l quisquis s. in fin pr. 1. 6. 7. & ali C. h. t. Nov 134. cap. ult. in fin. & auct. bona daturatorum C. de bon. prof. ript. seu damnat. sur. Bull. Carol. IV. c 24 S. Wxmit Sirsēni. p. 3. O. Carol. V. cap 218. Clar d. S. lese majestatis, n. 9. Etiam ea quæ post commissum hoc crimen acquisivit. Harpr. ad S. publica autem 3. n. 81. de publ. judic.

44. Feudum vero nequitam, sed illud vel ad dominum revertitur, vel ad agnatos, pro natura fendi, transfertur. 1. Quia haec feudi causa est, ut id ex culpa amissum, vel ad dominum transeat vel ad agnatos tit. 24 S. den. q. & tit. 37 impr. lib. 2 F. 2 Quando enim publicantrur alicuius bona, ad fiscum non pertinent ea condemnari bona, quæ jure singulari ad hæredem vel alium transeunt 1. 4. ff. de jut. Patron At jure singulari feudum transit ad filios vel agnatos Vasallii primi acquirentis, ipsiusq; domini concedentis t. 14 S. si capitanei, ibi per investituram patris, F. 1. 3. propter e felicis S. si qua vero feuda de pæn. in 6. adde ordin. Cam. Imper. par. 2. fit. 9. S. 2. vers. Auch dīs Lehn. Martin. Laudēs tr de crim. lese majest. quæst. 15. Gig. tract. eod. rubr. de pæn. cōmitt. crim. quæst. 5. Hartm Pift. lib. 2. quæst. par. 1. quæst. 15 n. 2. G. 8. Gail lib. 2. de pat. publ. c. 14. Harpr. ad d S. 3. inf. de publ. Iudic. n. 83.

45. An Emphyteusis cum Allodialibus vindicatur? Vide Giganē d. rubr. d. pæn. committ. crim. lese majest. quæst. 6. Faibin. 9. contr. 53.

46. Dubium longe maximum est inter Dd, an statim commissio delicto, ipso jure amittat reus dominium bonorum, an vero sententia demum condemnatoria subsecuta? Prius affirmarunt Desian. d. lib. 7. c. 40. n. 6. Clar. d. S. lese majestatis, n. 9. Coler. de processu execut. par. 1. c. 3. n. 48. Nicolaus Boërius decis. 277. n. 12. Cum multis ibi relatis. Posterius defendant Ant. Fab. lib. 7. conject. c. 20. Gigas d. rubr. de pæn. committ. quæst. 2. Gail. lib. 2. de pat. publ. c. 3. n. 15. Peregrinus de jut. fisci tit. 1. n. 171. Iacob. de Belviso lib. 3. pract. crim. c. 17. n. 3. quorum opinio juri magis consona videtur 1. Ut n. bona rei majestatis fisco vindicentur, judiciū exerceri debet Lex judiciorū 20. ff. de accus. Non ergo ipso jure à tempore cōtracti criminis, sed lata demū sententia, ad fiscū perinēt. 2. Quia expresse in l. ult. C. h. t. dicitur, convictio demū reo

majestatis, ejus bona successoribus eripi & fisco vindicari, antea quam igitur reus convictus fuerit, bona ipsius ad fiscum non pertinent. 3. Propter textum §. per contrarium insit: de hered. que ab intest. defer. ubi traditur, quod filius rei perduellionis ipso jure suis heres sit patris, sed postea destinare esse heredem, cum pater perduellionis judicatus fuerit. 4. I. questum, 15. in pr. ff. qui & quibus manum. 5. per l. 22. in pr. ff. de iur. fisc. 6. Vbi enim non appetat expresse poenam privationis ipso jure impositam, semper interpretatio fit, ut in ipsa privationis poena imponenda, requiratur sententia, & non fiat ipso jure, ut tradit gl. in c. quicunque verbo innovetur. de heret. in 6. Bl in auth. qui semel. C. quomodo & quando. jud. ubi dicit, quod lex in dubio non dicatur quem damnare ipso jure, sed per senteniam judicis. 7. per rationem l. ult. C. de boni proscript.

47. Damnationem memoriae poenam quoque hujus criminis esse suadent §. per contrarium. Insit. de hered. que ab intest. defer. l. majestatis. 6. C. b. t. Cum enim nemo sit tam sui contemtor, osorve, qui non aeternitatem nominis sperat, aut saltem honestam post obitum sui mentionem querat:

Non omnis moriar, ait Poeta, multaque pars mei
vitabit Libitinam. Horat. 3 Od 30.

hanc quoque poenam statuerunt Imperatores, ut eodem magis arceantur homines ab ejusmodi delicto. Plus aurem est damnare memoriā defuncti, quam ejus bona publicare. Nam damnari defuncti memoria dicitur, cum nominatum perpetuae infamiae nota in uritur ut perpetuo de eodem infamia conservetur; eaque damnatio sic fieri consuevit, ut ejus, cuius damnabatur memoria, ex magistratu albo, nomen eraderetur, effigies & statuae deicerentur, tituli luto tegerentur, expressa senatus autoritate Revard. lib. 3. conjectur. cap. 16.

48. Poena hujus criminis derivatur in filios (utpote in quisibus parerni, hoc est, hereditarii criminis exempla metuuntur l. 50. §. 1. C. b. t. ut quoque charitas liberiorum parentium Reipubl. amiciores reddat, & ab hoc nefando scelere deterreat Menob. consil. 99. n. 219. lib. 1. Tangit aliam rationem Alexander M. in oratione contra Hermolaum: ut maius sit morientium supplicium: Non oportet, inquit, vos scire, quid de his statuisse, quo tristiores periretis? Quia eos infamia paterna semper comitatur ad nullos honores, ad nulla sacramenta admittuntur, ut perpetua egestate & infamia

famia sordentibus mors sit solatium & vita supplicium d. l. quis-
quis 5. S. 1. C. b. aurea Bulla Car. IV. d. t. Von der Erzbischosse se-
gen irgegenwirtigkeit eines Keysers / Harpr. ad d. S. 3. n. 47. Inst.
de publ. judic.

49. Neq; in maternam, neque in avitam, neq; in aliorum
propinquorum hereditatem succedunt, nec quicquam ex testa-
mentis extraneorum capere possunt d. S. 1. l. 5. C. b. f. Harpr. p.
loc. b. 5. l. 5. C. b. f. Harpr. ad d. S. 3. n. 47. Inst. de publ. judic.
50. Hereditatem vero illam maternam, avitam propinquuo-
rum & extraneorum à quâ filii perduellionis arcentur, non fisco
sed alijs successoribus cedere affirmamus cum Harpr. ad d. S. 3. n. 54. ibid. relatis.

Nec res fert an natus vel nasciturus sit filius, per rationem,
ob quam filij in d. l. quisquis S. 1. puniuntur quod videlicet præsu-
mantur patris imitatores futuri quae ram obtiner in filiis natis,
quae nasciturus cum omnis filius, quoconq; ex iam tempore fit
natus, partio sit viscerum paterniorum; additæ & ilias rationes,
qua supra in lib. 4. adductæ. Covarr. 2. var. resol. c. 8. n. 5. Deca-
sesq; nati cim. an. tract. crim. lib. 3. c. 4. n. 8. Gigas d. tract rubr. de pen. quas filii incur-
pare comm. crim. les majest. quest. 52. Non item nepotes ob crimen perduellionis avitum po-
nas sustinent 1. propter d. l. quisquis. S. filij vero. 1. C. b. t. quæ tan-
tum loquitur de filiis, non etiam nepotibus. Ergo quoniam
poenalis est restringenda. 2. hocque eō magis, cum filij appelle-
latione propriā nepotes non continentur S. si quis filiabus s. vers.
taterum. Inst. quitest. tut. d. r. poss. l. quod si nepotes 6. ff. de testam. tut.
Sed ex sola, eaque justa interpretatione & extensione quadam
l. 201. de V. S. 3. Tunc enim vel maximē appellazione filiorum
non continentur nepotes, quando verbum filius profertur cum
adjuncto, utpote quia dicitur filius suis vel ejus ut dicit d. l. quis-
quis in verb. filij quia tunc non comprehenduntur aliquo mo-
do nepotes Socin. in l. Gallus. ff. de liber. & posthum. 4 Quia sism.
poena traheretur ad nepotes, duplex inconveniens sequeretur.
Primo ex parte delinquentis, qui puniretur in filiis & in nepoti-
bus, & sic poena traheretur ultra suos limites. Secundo & for-
tius ex parte filiorum, qui sine culpa plectuntur, punirentur du-
plici poena. Primo poenā infamiae & incapacitatis, quantum ad

se ipsos, secundo punirentur altera pœna graviori propter punitionem filiorum suorum, & sic pœnæ severitas maximè temperanda in eo, qui non deliquerit, extenderetur, quod revera est contra omnem æquitatem & justitiam. Bart. in l. liberorum 220. n. 6. ff. de V. S.

53. Filias quoq; ut minus ausuras, Imperialis tuerit favor ac confidentia, quo circa pœnam infamia, atque extraneorum bonorum incapacitatis ad easdem non protendimus d. l. quisquis. § ad filias. C. b. t. Cum enim diversa ratio militet in filiis quam in filiabus, dispositum in illis non trahitur ad filias, hinc Bald in l. quicunque C. deserv. fugit, dicit, quod si statuto caveatur, ut filii rebellium expellantur de civitate ejusmodi statutum non extendi ad filias; quia cessat ratio. Neq; hic prætereundum quod notat gl. in l. sita, in verbo natus ff. de injuri. rupi quod sub exheredatione filiorum non censentur esse comprehensa filiæ: Sic in proposito; sub exclusione filiorum ab hereditatibus extranerorum, non debent censeri filiæ, cum specialiter exclusæ non reperianrur. Tandem hoc facit quodd. l. quisquis loquitur in proposito discretivè de filiabus & filiis: At ubicumque constitutio discretivè loquitur de filiis & filiabus, tunc quod dicitur de filiis nunquam extenditur ad filias Bald, in l. in multis ff. de stat. hom. H'eronym. Gig. d. rubr. de pœn. quas filij incur. patre com. crim. les. maledict. Clar. d. § lese majestatis crimen n. 10.

54. Vxores nullum incommodum ex hoc mariti facinore sentiunt per d. l. quisquis, §. uxores sane. C. b. t.

55. Si à matre hoc crimen committatur, querunt Dd. an filij ejus ijsdem penis, quas si pater admisisset sustinerent, subjiciantur? Affirmamus. Imperatores enim in d. l. quisquis C. b. t. utuntur verbo quisquis, quod tam masculos, quam foeminas complectitur l. i. ff. de V. S. & pronunciatio sermonis in sexu masculino ad utrumq; sexum plerumque porrigitur l. pronunciatio 159. in pr. ff. d. t. Quin etiam semper sexus masculinus foeminum continet l. qui duos 62. in f. ff. de legat. 3. non tantum in favorabilibus, sed & in odiosis & pœnalibus l. ait. Divus 16. ff. de jur. ff. l. qui domum 8. juncta l. 10. §. 1. ff. ad L. Iul. de adult. Nec video diversam rationem in matre quam in patre, idem ergo juris statuendum de matre, quod constitutum de patre. Clar. d. §. lese majestat. n. 13 Harp. ad d. §. 3. n. 59. Inst. de publ. judic.

56. Du-

56. Dubio sane non caret illa quæstio: an salvam habeant liberi legitimam, cum bona partis ob perduellionis crimen confiscantur? Nobis negativa placet per sapientiam allegatam l. 5. in fin. pr. C. b. t. in verb. *Itemna bona rei perduelliosis fisco ad dicitur iuratio § ad fiducias eiusdem l. 5.* Cujas lib. 6. observ. 23 Harpr. ad d. § 3. n. 68. & seqq. In*sit de publ. iudic.*

57. Filium ex delicto patris pœnam sentire audivimus, unde propter relationem videtur dicendum, patrem filio committente hoc crimen easdem pœnas debere sustinere, quas filius ob delictum patris, negativam tamen, tanquam rationi juris magis convenientem tuebimur. 1. Quia in patre cessat ratio successionis sanguinis improbat. 2. Dispositio enim d. l. quisquis. §. filij vero C. b. t. non modo est nova, sed & alij juris dispositioni contraria l. *sancimus* 22. C. de pœn. ut proinde strictè accipi debeat, de his tantum personis de quibus nominatum loquitur. 3. Maximè cum contineat quoq; d. §. filij vero odium irrationalis, dum filius ex facto patris punitur, ideo extra suos terminos extendi non debet. 4. Cum alias in causis pœnalibus benignior interpretatio facienda l. 155. §. in pœnalibus ff. de R. l. l. pen ff. de pœn. Salic. in d. l. quisquis. §. filij vero. G. g. d. rubr. de pœn. quas fil. incur. quæst. 22. Harpr. ad d. §. 3. n. 63. In*sit de publ. iudic.*

58. Simili modo querenti: An condemnato perduellionis filio, pater ipsius legitimam fisco dare teneatur? negativè respondemus. Vivo enim patre legitima liberis non debetur G. g. d. tract. rubr. de pen. committ. crim. laes. majest. quæst. 9.

59. In quasi perduellionis criminis præter ipsum reum, obnoxij quoque pœnae sunt tum liberi ipius rei, tum etiam qui pro reis quasi perduellionis apud Imperatorem inter venire audent d. l. quisquis. C. b. t.

60. Pœna criminis læsæ majestatis ita specialiter dicti [alia corporalis est, alia quandoq; bonorum]

61. Cognitio criminis hujus non ad solum Imperatorē quod volunt G. g. d. tract. rubr. quis de crim. laes. majest. cognosc. poss. Sed ad alium, etiam, competentem criminalis cause judicē, pertinet l. Fam. oī 7. §. hoc autē. 3 ff. b. t. ubi injungitur judicib. ut in causa ei quæstio ne majestatis veritatē spectat, nō Imperatoris venerationē. l. 1. C. b. t. permittitur judicibus ut etiā inconsulto & nescio Imperatore
in re,

in reum majestatis fidiculatum tormenta inferant adde *Constit.*
Henrici VII, tit 1, in extravag. in verb. pro ut illi qui iurisdictione pre-
citat, videbitur.

Moniti meliora sequemur.



Mittenburg. Diss., 1613/23


ULB Halle
002 673 304

3



VS 17

Farbkarte #13



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

12937.

AUXILIO

D. O. M.

1813

33.
463
4

Disputationem, hanc

DE

CRIMINE LÆ. SÆ MAIESTATIS.

PRÆSIDE

Dn. VVOLFGANGO HIRSCHBA-
CHIO J.U.D. ET IN CELEBER-
rima Academia VVitteber-
genfi Codicis P. P.

*In auditorio ICTORUM publicè
proponit*

JOANNES JUSTINUS MENIUS *Predantissimum atq. Pobti
Fr. Gottschedii Reüsterini
Caroli Saüteri sūm' sono
ad aperturam oppositionem e
moral. p.*

ad diem 27. Novembris.

VVITEBERGÆ
Hæredes Laurentij Seuberlichij excudebant,

ANNO M. DC. XIII.